

## VERBŲ SEKMADIENIS

*Mūsų Išganytojo triumfui turi nutiesti kelią Jo „klusnumas iki mirties, iki kryžiaus mirties“. Apaštalas šv. Paulius pabrėžia, kad tas klusnumas yra savanoriškas; jis yra būtina Kristaus pergalės sąlyga. Bažnyčia primena, ką mums reiškia mūsų Išganytojo kentėjimai, ir rodo juos kaip pavyzdį: mes privalome jais pasidalyti su mūsų Viešpačiu, kad turėtume dalį ir Jo Prisikėlime (kolekta).*

*Šios dienos liturgiją sudaro dvi atskiros dalys: pirmoji – pilna džiaugsmo – iškilminga procesija su verbų šakelėmis; antroji – pilna liūdesio – Mišios, per kurias skaitoma Kančios Evangelija.*

### VERBŲ ŠVENTINIMAS

#### **Antiphona**

*Matth. 21, 9. Hossana filio David: benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Israel: Hosanna in excelsis.*

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**Orémus.** Béne+dic, quæsumus, Dómine, hos palmárum (*seu olivárum aut aliarum arborum*) ramos: et præsta; ut, quod pópulus tuus in tui veneratiónem hodiérno die corporáliter agit, hoc spirituáliter summa devotióne perficiat, de hoste victóriam reportándo et opus misericórdiæ summópere diligéndo. Per Christum, Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

#### **Antifona**

*Mt 21, 9. Osana Dovydo sūnui, garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu. Izraelio Karaliau, osana aukštybėse.*

**V.** Viešpats su jumis.

**R.** Ir su tavo dvasia.

**Melskimės.** Pa+laimink, medžiame, Viešpatie, šias palmių (*arba alyvmedžių ar kitų medžių*) šakas ir suteik, kad tai, ką Tavo liaudis šiandien savo kūnu daro Tau pagarbinti, su didžiausiu pamaldumu atliktų dvasiškai, pelnydama pergalę kovoje su priešu ir ypač mėgdama gailestingumo darbus. Per Kristų, mūsų Viešpatį.

**R.** Amen.

### VERBŲ DALIJIMAS

#### **Antiphona 1**

*Pueri Hebræorum, portantes ramos*


#### **1 antifona**

*Hebrajų jaunuoliai, nešdami alyvų*


olivarum, obviaverunt Domino, clamantes et dicentes: „Hosanna in excelsis.“

šakas, išėjo pasitikti Viešpaties, šaukdami ir sakydami: „Osana aukštybėse!“


Ant. I  
1. f



U-e-ri Hebræ-ó-rum, \* portántes rámos o- livá-rum,



obvi- avérunt Dómi- no, clamán- tes, et di- cén- tes :



“Hosánna in excél- sis.” *The Schola sings Psalm 25*

## Antiphona 2

Pueri Hebræorum vestimenta prosternebant in via, et clamabant dicentes: „Hosanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini.“

## 2 antifona

Hebrajų jaunuoliai tiesė rūbus ant kelio ir šaukė sakydami: „Osana Dovydo sūnui! Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu!“

Ant. II  
1. f



U-e-ri Hebræ-ó-rum \* vestiménta prosternébant in



ví- a, et clamábant di- cén- tes : Hosánna fí- li- o Dávid :



benedíctus qui vénit in nómine Dómi- ni. *Schola: Psalm 46*

## EVANGELIJOS SKAITYMAS

*Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum (Matth. 21, 1–9)*

In illo tēpore: Cum appropinquá- sset Iesus Ierosólymis, et venísset Bétphage ad montem Olivéti: tunc misit duos discípulos suos, dicens eis: „Ite in castéllum, quod contra vos est, et statim inveniétis ásinam

*Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 21, 1–9)*

Anuo metu: Kai Jėzus prisiartino prie Jeruzalės ir atėjo į Betfagę prie Alyvų kalno, Jėzus pasiuntė du mokinius, tardamas: „Eikite į priešais esantį kaimą ir tuojau rasite priištą asilą su asilaičiu. Atriškite ir at-

alligátam et pullum cum ea: sólvite et addúcite mihi: et si quis vobis áliiquid díxerit, dícite, quia Dóminus his opus habet, et conféstim dimíttet eos“. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur, quod dictum est per prophétam, dicéntem: Dícite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuétus, sedens super ásinam et pullum, filium subiugális. Eúntes autem discípuli, fecérunt, sicut præcépít illis Iesus. Et adduxérunt ásinam et pullum: et imposuérunt super eos vestiménta sua, et eum désuper sédere fecérunt. Plúrima autem turba stravérunt vestiménta sua in via: álii autem cædébant ramos de arbóribus, et sternébant in via: turbæ autem, quæ præcedébant et quæ sequebántur, clamábant, dicéntes: „Hosánna filio David: benedíctus, qui venit in nómine Dómini.“

veskite juos man. O jeigu kas imtų dėl to teirautis, atsakykite: „Jų reikia Viešpačiui“, ir iš karto juos paleis.“ Tai įvyko, kad išsipildytų pranašo žodžiai: „Pasakykite Siono dukrai: štai atkeliauja tavo karalius. Jis romus, jis joja ant asilės, lydimas asilaičio, nešulinio gyvulio jauniklio.“ Mokiniai nuėjo ir padarė, kaip Jėzaus buvo įsakyta. Jie atvedė asilę su asilaičiu, apdengė juos savo apsiaustais, o Jėzus užsėdo ant viršaus. Didžiausia minia tiesė drabužius jam ant kelio. Kiti kirto ir klojo ant kelio medžių šakas. Iš priekio ir iš paskos einančios minios šaukė: „Osana Dovydo Sūnui! Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu! Osana aukštybėse!“

## VERBŲ PROCESIJA KRISTAUS KARALIAUS GARBEI

*Šiandien mes darome tą patį, ką darė žydai. Verbų sekmadienio procesijoje dalyvauja krikščionys, kurie, „pilni tikėjimo“, šiam įvykiui suteikia jo tikrąją prasmę. Kaip ir žydai, mes skelbiame Kristų Nugalėtoju... Osana Dovydo Sūnui! Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu! Tačiau savo tikėjimo dėka mes, priešingai nei žydai, žinome, ką reiškia Jo pergalė. Jis yra Mesijas, Dovydo Sūnus ir Dievo Sūnus. Jis yra prieštaravimo ženklas, kurį paskelbė vieni ir panaikino kiti. Siųstas į pasaulį išlaisvinti mūsų iš nuodėmės ir šėtono valdžios, Jis išgyveno kančias, bausmę už mūsų nuodėmes, ir triumfuodamas pakilo iš kapo nugalėjęs mirtį ir sutaikęs mus su Dievu, kad nuvestų paskui save į savo Tėvo dangaus karalystę.*

V. Procedámus in pace.

R. In nómine Christi. Amen.

### Antiphona 1

Occurrunt turbæ cum flóribus et palmis Redemptóri óbviam: et victóri triumphánti digna dant obséquia: Fílium Dei ore gentes prædicant: et in laudem Christi voces tonant per núbila: „Hosánna!“

### Antiphona 2

Cum Angelis et púeris fidéles inveniámur, triumphatóri mortis clamántes: „Hosánna in excélsis!“

### Antiphona 3

Turba multa, quæ convénerat ad diem festum, clamábat Dómino: „Benedíctus qui venit in nómine Dómini: Hosánna in excélsis!“

### Antiphona 4

*Luc. 19, 37 et 38*

Cœpérunt omnes turbæ descendentium gaudéntes laudáre Deum voce magna, super ómnibus quas vidérant virtútibus, dicéntes: „Benedíctus qui venit Rex in nómine Dómini; pax in terra, et glória in excélsis.“

*Himnas Kristui Karaliui (vysk. Teodulfas, †821)*

Gloria, laus et honor tibi sit, Rex Christe Redemptor, \* Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

1. Israel es tu Rex, Davidis et inclita

V. Eikime ramybėje.

R. Kristaus vardu. Amen.

### 1 antifona

Minios su gélėmis ir palmėmis skuba pasitikti Atpirkėjo ir triumfuojančiam nugalėtojui teikia deramą garbę. Tautos lūpomis skelbia Dievo Sūnų ir Kristaus šlovei dangų skrodžia balsas: „Osana!“

### 2 antifona

Su angelais ir jaunuoliais pasirodykime ištikimi, triumfuotojui prieš mirtį šaukdami: „Osana aukštybėse!“

### 3 antifona

Didelė minia, susirinkusi šventėms, šaukė Viešpačiui: „Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu! Osana aukštybėse!“

### 4 antifona

*Lk 19, 37 ir 38*

Visas būrys pradėjo džiaugsmingai ir skardžiai šlovinti Dievą už visus stebuklus, kuriuos jie buvo regėję. Jie šaukė: „Garbė Karaliui, kuris ateina Viešpaties vardu! Ramybė žemėje, šlovė aukštybėse!“

Garbė, šlovė ir pagarba Tau tebus, Kristau Karaliau, Atpirkėjau! \* Tau vaikiškas grožis pareiškė pamaldų „osana“.

1. Tu esi Izraelio Karalius ir kil-

proles, \* Nomine qui in Domini, Rex benedictæ, venis.

Gloria, laus...

2. Cœtus in excelsis te glaudat cœlicus omnis, \* Et mortalis homo, et cuncta cerata simul.

Gloria, laus...

3. Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit; \* Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi.

Gloria, laus...

4. Hi tibi passuro solvebant munia laudis; \* Nos tibi regnati pangimus ecce melos.

Gloria, laus...

5. Hi placuere tibi, placeat devotio nostra: \* Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

Gloria, laus...

### Antiphona 5

Omnes collaudant nomen tuum, et dicunt: „Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis“.

### Psalmus 147

Lauda, Ierusalem, Dominum: \* lauda Deum tuum, Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum: \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: \* et adipe frumenti satiavit te.

Qui emittit eloquium suum terræ: \* velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: \* né-

nisis Dovydo palikuonis, \* Tu ateini Viešpaties vardu, pagirtasis Karaliau.

Garbė, šlovė...

2. Tave aukštybėse šlovina visa dangaus bendrija, \* Ir mirtingas žmogus, o kartu ir visa kūrinija.

Garbė, šlovė...

3. Hebrajų liaudis tave pasitinka su palmėmis, \* Štai einame pas Tave su malda, prašymais, himnais.

Garbė, šlovė...

4. Jie Tau, einančiam kentėti, atidavė šlovės duoklę, \* O mes Tau, karaliaujančiam, štai kuriame giesmes.

Garbė, šlovė...

5. Jie norėjo Tau patikti, tegul būna malonus ir mūsų pamaldumas, \* gerasis Karaliau, švelnusis Karaliau, kuriam patinka visa, kas gera.

Garbė, šlovė...

### 5 antifona

Visi šlovina Tavo vardą ir kalba: „Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu! Osana aukštybėse!“

### 147 psalmė

Šlovink, Jeruzale, Viešpatį, \* šlovink savo Dievą, Sione!

Juk jis stiprina tavo vartų velkes, \* laimina tavo vaikus tavyje.

Jis duoda taiką tavo sienoms \* ir sotina tave geriausiais kviečiais.

Jis siunčia savo žodį žemei, \* jo kalba greitai skrieja.

Jis duoda sniegą lyg vilną, \* pa-

bulam sicut cinerem spargit.  
Mittit crystallum suam sicut buccellas: \* ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum et liquefaciet ea: \* flabit spiritus eius et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Iacob: \* iustitias et iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: \* et iudicia sua non manifestavit eis.

Glória Patri...

### **Antiphona**

Omnes collaudant...

### **Antiphona 6**

Fulgentibus palmis prosternimur adveniēti Dómino: huic omnes occurrāmus cum hymnis et canticis, glorificāntes et dicētes: „Benedictus Dóminus“.

### **Antiphona 7**

Ave, Rex noster, Fili David, Redemptor mundi, quem prophētae praedixerunt Salvatorem dómui Israel esse venturum. Te enim ad salutarem victimam Pater misit in mundum, quem exspectabant omnes sancti ab origine mundi, et nunc: „Hosanna Fílio David. Benedictus qui venit in nómine Dómini. Hosanna in excelsis“.

skleidžia miglą lyg pelenus.

Beria savo ledus kąniais, \* kas gali pakelti jo siunčiamą šaltį?

Jis siunčia savo žodį ir juos sutirpdo, \* jo vėjas papučia, ir vanduo sruvena.

Jis skelbia savo žodį Jokūbui, \* savo teisingus sprendimus Izraeliui.

Nepadarė jis to jokiai tautai, \* neatskleidė joms savo sprendimų.

Garbė Dievui Tėvui...

### **Antifona**

Visi šlovina...

### **6 antifona**

Spindinčiomis palmėmis tieskime kelią ateinančiam Viešpačiui, visi eikime jo pasitikti su himnais ir giesmėmis, šlovindami ir sakydami: „Pagarbintas Viešpats!“

### **7 antifona**

Sveikas, mūsų Karaliau, Dovydo Sūnau, pasaulio Atpirkėjau, kurį pranašai skelbė ateisiant kaip Izraelio namų Išganytoją. Juk Tave Tėvas pasiuntė į pasaulį kaip išganyimo auką, kurios nuo pasaulio pradžios laukė visi šventieji. O dabar: „Osana Dovydo Sūnui! Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu! Osana aukštybėse!“

*Atėjus prie uždarytų bažnyčios durų, patarnautojas procesijų kryžiaus kotu triskart pabeldžia į duris. Jos iš vidaus atidaromos. Visi eina į vidų. Kai kunigas eina pro duris, giedama:*

## Antiphona 8

Ingrédiēte Dómino in sanctam civitatē, Hebræórum púeri resurrectionem Vitæ pronuntiāntes,

Cum ramis palmárum: „Hosánna, clamábant, in excélsis“.

Cum audísset pópulus, quod Iesus veníret Ierosólymam, exiérunt obviam ei,

Cum ramis palmárum: „Hosánna, clamábant, in excélsis“.

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

**Orémus.** Dómine Iesu Christe, Rex ac Redémptor noster, in cuius honórem, hos ramos gestāntes, sollémnes laudes decantávimus: concéde propítius; ut, quocúmque hi rami deportáti fúerint, ibi tuæ benedictiónis grátia descéndat, et, quavis dæmonum iniquitatē vel illusióne profligáta, dextera tua próteget, quos redémit. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

*Tuomet kunigas priklaupia ir eina apsirengti Mišių rūbais. Liturginė spalva violetinė.*

## ŠV. MIŠIOS

*Per Mišias, prieš kurias šventinamos verbos ir einama procesija, neskaitomos laiptų maldos. Kunigas iš karto eina prie altoriaus, jį bučiuoja, smilko ir skaito introitą.*

### Introitus

*Ps. 21, 20 et 22.* Dómine, ne longe fácias auxiliūm tuum a me, ad de-

## 8 antifona

Viešpačiui įžengiant į šventąjį miestą, hebrajų jaunuoliai, skeldami Gyvenimo prisikėlimą,

Su palmių šakomis šaukė: „Osana aukštybėse!“

Kai liaudis išgirdo, kad Jėzus atėjo į Jeruzalę, išėjo jo pasitikti,

Su palmių šakomis šaukdama: „Osana aukštybėse!“

**V.** Viešpats su jumis.

**R.** Ir su tavo dvasia.

**Melskimės.** Viešpatie Jėzau Kristau, mūsų Karaliau ir Atpirkėjau, kurio garbei, nešdami šias šakas, giedame iškilmingą šlovės giesmę, maloningai suteik, kad ten, kur nešamos šios šakos, nužengtų Tavo palaiminimo malonę, ir kad išvijusi demonų nedorybę ar apgaulės, Tavo dešinė saugotų tuos, kuriuos atpirko. Tu gyveni ir viešpatauji per amžių amžius. **R.** Amen.

### Introitas

*Ps 21, 20 ir 22.* Viešpatie, neatitolink nuo manęs savo pagalbos,

fensióne[m] meam aspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicór-nium humilitátem meam.

*Ps. 21, 2.* Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti? longe a salúte mea verba delictórum meórum.

### **Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmer[e] et crucem subíre fecísti: concéde propítius; ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta et resurrectiόνis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum...

### **Epistola**

*Léctio Epístolae beati Pauli Apostoli ad Philippensis. (Phil. 2, 5–11)*

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapínam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus oboédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne nomen: (*hic genuflectitur*) ut in nómine Iesu omne genu flectátur cæ-

skubék man padėti! Gelbék mane nuo liūto nasrų ir nuo vienaragių ragų saugok mano menkumą.

*Ps 21, 2.* Dieve, mano Dieve, pažvelk į mane, kodėl mane apleidai? Mano nuodėmingi žodžiai toli nuo išgelbėjimo.

### **Kolekta**

Visagali amžinasis Dieve, Tu, norėdamas duoti nusizeminimo pavyzdį žmonijai, leidai, kad mūsų Išganytojas priimtų kūną ir iškentėtų kryžių. Maloningai suteik, kad mes parodytume ištikimybę kantrumui ir būtume verti Jo prisikėlimo džiaugsmo. Per Tajį mūsų Viešpatį...

### **Epistolė**

*Skaitinys iš šventojo apaštalo Pauliaus laiško Filipiečiams. (Fil 2, 5–11)*

Broliai: Būkite tokio nusistatymo kaip Kristus Jėzus. Jis, turėdamas Dievo prigimtį, godžiai nesilaikė savo lygybės su Dievu, bet apiplėšė pats save, priimdamas tarno išvaizdą ir tapdamas panašus į žmones. Jis ir išore tapo kaip visi žmonės; jis nusizemino, tapdamas klusnus iki mirties, iki kryžiaus mirties. Todėl ir Dievas jį išaukštino ir padovanojo jam vardą, kilniausią iš visų vardų, (*čia priklaupiama*) kad Jėzaus vardui priklauptų kiekvienas kelis danguje,



léstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

### **Graduale**

*Ps. 72, 24 et 1–3.* Tenuísti manum dexteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me: et cum glória assumpsísti me. **V.** Quam bonus Israel Deus rectis corde! mei autem pæne moti sunt pedes: pæne effúsi sunt gressus mei: quia zelávi in peccatóribus, pacem peccatórum videns.

### **Tractus**

*Ps. 21, 2–9, 18, 19, 22, 24 et 32.* Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti? **V.** Longe a salúte mea verba delictórum meórum. **V.** Deus meus, clamábo per diem, nec exáudies: in nocte, et non ad insipiéntiam mihi. **V.** Tu autem in sancto hábitas, laus Israel. **V.** In te speravérunt patres nostri: speravérunt, et liberásti eos. **V.** Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: in te speravérunt, et non sunt confúsi. **V.** Ego autem sum vermis, et non homo: oppróbrium hóminum et abiéctio plebis. **V.** Omnes, qui vidébant me, aspernabántur me: locúti sunt lábiis et movérunt caput. **V.** Sperávit in Dómino, erípiat eum: salvum fáciat eum, quóniam vult eum. **V.** Ipsi vero consideravérunt et ins-

zemėje ir po žeme ir kiekvienos lūpos Dievo Tėvo šlovei išpažintų: „Jėzus Kristus yra Viešpats!“

### **Gradualas**

*Ps 72, 24 ir 1–3.* Tu laikai mane už dešinės rankos, vedi mane pagal savo valią ir priimi mane į garbę. **V.** Koks geras Izraelio Dievas tiems, kurių širdis tiesi! O mano kojos buvo pradėjusios pintis, mano žingsniai bemaž buvo ėmę slidinėti, nes aš pavydėjau nusidėjėliams, matydamas nusidėjėlių ramybę.

### **Traktas**

*Ps 21, 2–9, 18, 19, 22, 24 ir 32.* Dieve, mano Dieve, pažvelk į mane, kodėl mane apleidai? **V.** Mano nuodėmingi žodžiai toli nuo išgelbėjimo. **V.** Mano Dieve, aš šaukiu per dieną, bet Tu neišklausai, per naktį – tenebūna tai palaikyta mano neišmintingumu. **V.** Tu gyveni šventykloje, Izraelio šlove. **V.** Tavimi vylėsi mūsų tėvai, pasitikėjo, ir Tu juos išvadavai. **V.** Šaukėsi Tavęs, ir buvo išgelbėti, vylėsi Tavimi, ir neliko sugėdinti. **V.** Bet aš kirminas, o ne žmogus, žmonių gėda ir liaudies atmata. **V.** Visi, kas mane mato, tyčiojasi iš manęs, judina lūpas ir kraipo galvą. **V.** „Pasitikėjo Viešpačiu, tad tegelbsti jį, teišvaduoja, jeigu juo gėrisi!“ **V.** Jie spokso ir žiūri į mane, dalijasi tar-

pexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem. **V.** Líbera me de ore leónis: et a córnibus unicórnium humilitátem meam. **V.** Qui timétis Dóminum, laudáte eum: univérsum semen Iacob, magnificáte eum. **V.** Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: et annuntiábunt cæli iustítiam eius. **V.** Pópulo, qui nascétur, quem fecit Dóminus.

### **Pássio Dómini nostri Iesu Christi secúndum Matthæum**

*(Matth. 26, 36–75; 27, 1–60)*

In illo témpore: Venit Iesus cum discípulis suis in villam, quæ dicitur Gethsémani, et dixit discípulis suis: + Sedéte hic, donec vadam illuc, et orem. **C.** Et assúmpto Petro, et duóbus filiis Zebedæi, cœpit contristári, et mœstus esse. Tunc ait illis: + Tristis est ánima mea usque ad mortem: sustinéte hic, et vigiláte mecum. **C.** Et progréssus pusillum, prócidit in fáciem suam, orans et dicens: + Pater mi, si possibile est, tránseat a me calix iste. Verúmtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. **C.** Et venit ad discipulos suos, et invénit eos dormiéntes: et dicit Petro: + Sic non potuístis una hora vigiláre mecum? Vigiláte et oráte, ut non intrétis in tentatiónem. Spíritus quidem promptus est, caro autem infirma. **C.** Íte-

pusavyje mano drabužius ir meta burtą dėl mano apdaro. **V.** Gelbėk mane nuo liūto nasrų ir nuo vienaragių ragų saugok mano menkumą. **V.** Jūs, kurie bijotės Viešpaties, šlovinkite jį, visi Jokūbo palikuonys – aukštinkite jį! **V.** Apie Viešpatį bus pasakojama būsimajai kartai, ir dangūs skelbs jo teisumą. **V.** Tautai, kuri gims, kurią Viešpats padarė.

### **Mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus kančia pagal Matą**

*(Mt 26, 36–75; 27, 1–60)*

*(C. – kronikininkas, + – Kristus, S. – sinagoga)*

Anuo metu: Jėzus su mokiniais atėjo į ūkį, vadinamą Getsemane, ir tarė mokiniams: + „Pasėdėkite čia, kol aš ten nuėjęs melsiuos“. **C.** Pasisėmęs Petrą ir abu Zebediejaus sūnus, pradėjo liūdėti ir sielvartauti. Tada tarė jiems: + „Mano siela mirtinai nuliūdusi. Likite čia ir pabūdėkite kartu su manimi.“

**C.** Kiek toliau paėjęs, parpuolė kniūbsčias ir meldėsi: + „Mano Tėve, jeigu įmanoma, teaplenkia mane ši taurė. Tačiau ne kaip aš noriu, bet kaip tu!“ **C.** Jis sugrįžo pas mokinius ir, radęs juos miegančius, tarė Petru: + „Negalėjote nė vienos valandos pabudėti su manimi? Būdėkite ir melskitės, kad nepatektumėte į pagundą. Dvasia ryžtinga, bet kūnas silpnas.“ **C.** Ir vėl nuėjo

rum secundo ábiit et orávit, dicens: + Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat volúntas tua. **C.** Et venit íterum, et invénit eos dormiéntes: erant enim óculi eórum graváti. Et relíctis illis, íterum ábiit et orávit tértio, eúndem sermónem dicens. Tunc venit ad discípulos suos, et dicit illis: + Dórmite iam et requiéscite: ecce, appropinquávit hora, et Fílius hómínis tradétur in manus peccatórum. Súr-gite, eámus: ecce, appropinquávit, qui me tradet. **C.** Adhuc eo loquénte, ecce, Iudas, unus de duódecim, venit, et cum eo turba multa cum gládiis et fústibus, missi a princípibus sacerdotum et senióribus pópuli. Qui autem trádidit eum, dedit illis signum, dicens: **S.** Quemcúm-que osculátus fúero, ipse est, tenéte eum. **C.** Et conféstim accédens ad Iesum, dixit: **S.** Ave, Rabbi. **C.** Et osculátus est eum. Dixítque illi Iesus: + Amíce, ad quid venísti? **C.** Tunc accessérunt, et manus iniecérunt in Iesum et tenuérunt eum. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Iesu, exténdens manum, exémit gládium suum, et percútiens servum princípis sacerdotum, amputávit aurículam eius. Tunc ait illi Iesus: + Convérte gládium tuum in locum suum. Omnes enim, qui accéperint gládium, gládio períbunt. An putas, quia non possum rogáre Patrem

antrą kartą ir meldėsi: + „Mano Tėve, jei ši taurė negali praeiti mano negerta, tebūnie tavo valia!“ **C.** Sugrižęs vėl rado juos snaudžiančius – jų akys buvo mieguistos. Tuomet, palikęs juos, vėl nuėjo ir trečią kartą meldėsi tais pačiais žodžiais. Paskui grįžo pas mokinius ir tarė: „Jūs vis dar miegate ir ilsitės... Štai atėjo valanda, kai Žmogaus Sūnus atiduodamas į nusi-dėjėlių rankas. Kelkitės, eime! Štai mano išdavėjas čia pat.“

**C.** Jam dar kalbant, štai pasirodė Judas, vienas iš Dvylikos, o su juo didelis būrys, ginkluotas kalavijais ir vėzdais, atsiųstas aukštųjų kunigų ir tautos seniūnų. Jo išdavėjas buvo nurodęs jiems ženklą, sakydamas: **S.** „Kurį pabučiuosiu, tai tas! Suimkite jį!“ **C.** Ir tuojau priėjęs prie Jėzaus tarė: **S.** „Sveikas, rabi!“ **C.** ir pabučiavo jį. O Jėzus jam tarė: + „Bičiuli, ko atėjai?“

**C.** Tuomet jie pripuolę nutvėrė jį ir suėmė. Ir štai vienas iš Jėzaus palydovų ištiesė ranką, išsitraukė kalaviją, puolė vyriausiojo kunigo tarną ir nukirto jam ausį. Bet Jėzus jam tarė: + „Kišk kalaviją atgal, kur buvo, nes visi, kurie griebiasi kalavijo, nuo kalavijo ir žus. Gal manai, jog aš negaliu paprašyti savo Tėvą ir jis bemat neatsiųstų man per dvylika legionų angelų?! Bet kaipgi išsipildytų Raštai, kad

meum, et exhibébit mihi modo plus quam duódecim legiónes Angelórum? Quómodo ergo implebúntur Scriptúræ, quia sic opórtet fieri?

**C.** In illa hora dixit Iesus turbis: + Tamquam ad latrónem existis cum gládiis et fústibus comprehendere me: cotídie apud vos sedébam docens in templo, et non me tenuístis.

**C.** Hoc autem totum factum est, ut adimpleréntur Scriptúræ prophetárum. Tunc discípuli omnes, relicto eo, fugérunt.

At illi tenéntes Iesum, duxérunt ad Cáipham, princípem sacerdotum, ubi scribæ et senióres convénerant. Petrus autem sequebátur eum a longe, usque in átrium princípis sacerdotum. Et ingressus intro, sedébat cum ministris, ut vidéret finem. Príncipes autem sacerdotum et omne concílium quærébant falsum testimónium contra Iesum, ut eum morti tráderent: et non invenérunt, cum multi falsi testes accessíssent. Novíssime autem venérunt duo falsi testes et dixerunt: **S.** Hic dixit: Possum destrúere templum Dei, et post tríduum reedificáre illud. **C.** Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: **S.** Nihil respóndes ad ea, quæ isti advérsus te testificántur? **C.** Iesus autem tacébat. Et princeps sacerdotum ait illi: **S.** Adiúro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Fílius Dei. **C.** Dicit illi Iesus: + Tu dixísti.

šitaip turi atsitikti?!“

**C.** Tą valandą Jėzus tarė būriui: + „Tarsi plėšiko išėjote sugauti manęs su kalavijais ir vėzdais. Aš kasdien sėdėjau šventykloje mokydamas, ir manęs nesuėmėte.“ **C.** Bet viskas šitaip dedasi, kad išsipildytų pranašų Raštai. Tada visi mokiniai, palikę jį, pabėgo.

Tie, kurie buvo suėmę Jėzų, nuvedė jį pas vyriausiąjį kunigą Kajafą, kur buvo susirinkę Rašto aiškintojai ir seniūnai. Petras sekė jį iš tolo iki vyriausiojo kunigo rūmų ir, įėjęs į kiemą, atsisėdo su tarnais pažiūrėti, kuo viskas baigsis. Tuo tarpu aukštieji kunigai ir visa teismo taryba ieškojo neteisingo parodymo prieš Jėzų, kad galėtų jį nuteisti mirti, tačiau nerado, nors daug buvo atėję neteisingų liudytojų. Pagaliau išėjo priekin du ir tarė: **S.** „Šitas yra sakęs: „Aš galiu sugriauti Dievo šventyklą ir per tris dienas ją vėl atstatyti“. **C.** Tada atsistojęs vyriausiasis kunigas paklausė Jėzų: **S.** „Tu nieko neatsakai į šiuos kaltinimus?!“ **C.** Bet Jėzus tylėjo. Tuomet vyriausiasis kunigas jam tarė: **S.** „Prisaikdinu tave gyvuoju Dievu, kad mums pasakytum, ar tu Mesijas, Dievo Sūnus!“ **C.** Jėzus

Verúmtamen dico vobis, ámodo vidébitis Fílium hóminis sedéntem a dextris virtútis Dei, et veniéntem in núbibus cæli. **C.** Tunc princeps sacerdotum scidit vestiménta sua, dicens: **S.** Blasphemávit: quid adhuc egémus tésstibus? Ecce, nunc audístis blasphemíam: quid vobis vidétur? **C.** At illi respondéntes dixérunt: **S.** Reus est mortis. **C.** Tunc exspuérunt in fáciem eius, et cólaphis eum cecidérunt, álii autem palmas in fáciem eius dedérunt, dicéntes: **S.** Prophetíza nobis, Christe, quis est, qui te percússit? **C.** Petrus vero sedébat foris in átrio: et accéssit ad eum una ancílla, dicens: **S.** Et tu cum Iesu Galilæo eras. **C.** At ille negávit coram ómnibus, dicens: **S.** Néscio, quid dicis. **C.** Exeúnte autem illo iánuam, vidit eum ália ancílla, et ait his, qui erant ibi: **S.** Et hic erat cum Iesu Nazaréno. **C.** Et íterum negávit cum iuraménto: Quia non novi hóminem. Et post pusíllum accessérunt, qui stabant, et dixérunt Petro: **S.** Vere et tu ex illis es: nam et loquéla tua maniféstum te facit. **C.** Tunc cœpit detestári et iuráre, quia non novísset hóminem. Et contínuo gallus cantávit. Et recordátus est Petrus verbi Iesu, quod díxerat: Priúsqvam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras, flevit amáre.

Mane autem facto, consílium inié-

atsakè: + „Tu tai sakai. Bet ir aš jums sakau: nuo šiol jūs matysite Žmogaus Sūnų, sėdintį Visagalio dešinėje ir ateinantį dangaus debesyse!“ **C.** Tuomet vyriausiasis kunigas persiplėšė drabužius ir sušuko: **S.** „Jis piktžodžiauja! Kam dar mums liudytojai?! Štai girdėjote piktžodžiavimą. Kaip jums regisi?“

**C.** Jie atsakė: **S.** „Vertas mirties!“

**C.** Tuomet jie ėmė spjaudyti Jėzui į veidą ir daužyti kumščiais. Kiti mušė jį per veidą ir tyčiojosi: **S.**

„Pranašauk mums, Mesijau, kas tave užgavo!“ **C.** Tuo metu Petras sėdėjo kieme. Viena tarnaitė priėjo prie jo ir tarė: **S.** „Ir tu buvai su Jėzumi Galilėjiečiu.“

**C.** Bet jis išsigynė visų akivaizdoje: **S.** „Aš nežinau, ką tu sakai.“ **C.** Einantį vartų link, jį pastebėjo kita tarnaitė ir kalbėjo aplinkiniams: **S.** „Šitas buvo su Jėzumi Nazariečiu.“

**C.** Jis ir vėl išsigynė, prisiekdamas: „Aš nepažįstu to žmogaus!“ Po valandėlės prisiartino ten stovėjusieji ir sakė Petru: **S.** „Tikrai tu vienas iš jų, nes ir tavo tarmė tave išduoda.“

**C.** Tuomet jis ėmė prisiekinėti ir dievagotis: „Aš nepažįstu to žmogaus!“ Ir tuojau pragydo gaidys. Tada Petras prisiminė Jėzaus žodžius: „Dar gaidžiui nepragydu, tu tris kartus manęs išsiginsi.“

Jis išėjo laukan ir gaudžiai pravirko. Rytui išaušus, visi aukštieji kunigai

runt omnes príncipes sacerdotum, et senióres pópuli advérsus Iesum, ut eum morti tráderent. Et vinctum adduxérunt eum, et tradidérunt Póntio Pilato prásidei. Tunc videns Iudas, qui eum trádidit, quod damnátus esset, pœniténtia ductus, rétulit trigínta argénteos princípibus sacerdotum et senióribus, dicens: **S.** Peccávi, tradens ságuinem iustum. **C.** At illi dixerunt: **S.** Quid ad nos? Tu vidéris. **C.** Et proiécit argénteis in templo, recéssit: et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdotum, accéptis argénteis, dixerunt: **S.** Non licet eos míttre in córbonam: quia prétium ságuinis est. **C.** Consílio autem iníto, emérunt ex illis agrum figuli, in sepultúram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille Hacéldama, hoc est, ager ságuinis, usque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Ieremíam prophétam, dicéntem: Et accepérunt trigínta argénteos prétium appretiáti, quem appretiavérunt a filiis Israel: et dedérunt eos in agrum figuli, sicut constítuit mihi Dóminus.

Iesus autem stetit ante prásidem, et interrogávit eum práses, dicens: **S.** Tu es Rex Iudæórum? **C.** Dicit illi Iesus: + Tu dicis. **C.** Et cum accusarétur a princípibus sacerdotum, et senióribus, nihil respóndit. Tunc dicit illi Pilátus: **S.** Non audis, quan-

ir tautos seniūnai nusprendė, kad Jėzus turįs būti nužudytas. Surišę nuvedė ir atidavė jį valdytojui Pilotui. Kai išdavikas Judas pamatė, jog Jėzus pasmerktas, gailesčio pagautas nunešė atgal aukštiesiems kunigams ir seniūnams trisdešimt sidabrinų ir tarė: **S.** „Nusidėjau išduodamas nekaltą kraują.“

**C.** Tie atsakė: **S.** „Kas mums darbo?! Tu žinokis!“ **C.** Nusviedęs šventykloje pinigų, jis išbėgo ir pasikorė. Aukštieji kunigai paėmė sidabrinus ir kalbėjo: **S.** „Jų negalima dėti į šventyklos išdą, nes tai užmokestis už kraują.“

**C.** Jie pasitarė ir už tuos pinigų nupirko puodžiaus dirvą ateiviams laidoti. Todėl ta dirva iki šios dienos vadinasi Kraujo dirva. Taip išsipildė pranašo Jeremijo žodžiai: „Ir paėmė trisdešimt sidabrinų – įkainotojo kainą, už kurią buvo jį suderėję iš Izraelio vaikų, – ir atidavė juos už puodžiaus dirvą; taip man Viešpats buvo paskyręs.“

Jėzus stovėjo valdytojo akivaizdoje. Valdytojas jį klausė: **S.** „Ar tu esi žydų karalius?“ **C.** Jėzus atsakė: + „Taip yra, kaip sakai.“ **C.** Aukštųjų kunigų ir seniūnų skundžiamas, jis visai neatsiliepė. Tuomet Pilotas paklausė: **S.** „Ar negirdi, kaip bai-

ta adversum te dicunt testimonia? **C.** Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur praeses vehementer. Per diem autem sollemnem consuerverat praeses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: **S.** Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? **C.** Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens: **S.** Nihil tibi et iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum. **C.** Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabbam, Iesum vero perderent. Respondens autem praeses, ait illis: **S.** Quem vultis vobis de duobus dimitti? **C.** At illi dixerunt: **S.** Barabbam. **C.** Dicit illis Pilatus: **S.** Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? **C.** Dicunt omnes: **S.** Crucifigatur. **C.** Ait illis praeses: **S.** Quid enim mali fecit? **C.** At illi magis clamabant, dicentes: **S.** Crucifigatur. **C.** Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: **S.** Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videtis. **C.** Et respondens universus populus, dixit: **S.** Sanguis

siaj tave kaltina?“ **C.** Bet jis neatsakė nė į vieną kaltinimą ir tuo be galo nustebino valdytoją. Šventės proga valdytojas buvo pratęs paleisti miniai vieną kalinį, kurio ji norėdavo. Tuomet jis turėjo garsų kalinį, vardu Barabas. Taigi, žmonėms susirinkus, Pilotas paklausė: **S.** „Katrą norite, kad jums paleičiau: Barabą ar Jėzų, vadinamą Mesiju?“ **C.** Mat jis žinojo, kad Jėzų jie buvo išdavę iš pavydo. Sėdinčiam teismo krasėje Pilotui žmona atsiuntė įspėjimą: **S.** „Nieko nedaryk šiam teisiamam! Šiąnakt sapne aš labai dėl jo kentėjau.“

**C.** Aukštieji kunigai ir seniūnai sukurstė žmones, kad prašytų paleisti Barabą, o Jėzų pražudytų. Tuomet valdytojas jiems tarė: **S.** „Katrą norite, kad jums paleisčiau?“ **C.** Jie šaukė: **S.** „Barabą!“

**C.** Pilotas paklausė: **S.** „Ką gi man daryti su Jėzumi, kuris vadinamas Mesiju?“ **C.** Jie visi rėkė: **S.** „Ant kryžiaus jį!“ **C.** Jis klausė: **S.** „O ką gi pikta yra padaręs?“ **C.** Bet tie dar garsiau šaukė: **S.** „Ant kryžiaus jį!“

**C.** Pilotas, pamatęs, kad nieko nelaimi, o sąmyšis vis didėja, paėmė vandens, nusimazgojo rankas minios akivaizdoje ir tarė: **S.** „Aš nekaltas dėl šio teisiojo kraujo. Jūs žinokitės!“ **C.** O visi žmonės šaukė: **S.** „Jo kraujas tekrinta ant mūsų ir mūsų vaikų!“ **C.** Tuomet jis paleido

eius super nos et super filios nostros. **C.** Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorium, congregaverunt ad eum universam cohortem: et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei: et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, et arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudabant ei, dicentes: **S.** Ave, Rex Iudaeorum. **C.** Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis eius, et duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem, inveniunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta eius, sortem mittentes: ut impleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes, servabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus, Rex Iudaeorum.

jiems Barabą, o Jėzų nuplakdinęs atidavė nukryžiuoti.

Valdytojo kareiviai nusivedė Jėzų į įgulos būstinę ir surinko aplink jį visą kuopą. Jie išrengė jį ir apsiautė raudona skraiste. Nupynė erškėčių vainiką, uždėjo jam ant galvos, o į jo dešinę išspraudė nendrę. Paskui tyčiodamiesi klūpčiojo prieš jį ir sakė: **S.** „Sveikas, žydų karaliau!“

**C.** Spjaudydami jį, stvėrė iš jo nendrę ir čaižė per galvą; Pasi-tyčioję iš Jėzaus, kareiviai nusiautė skraistę, apvilko jo paties drabužiais ir išsivedė nukryžiuoti.

Eidami jie sutiko žmogų iš Kirėnės, vardu Simonas. Tą privertė panėšėti jo kryžių. Atėję į vietą, vadinamą Golgota (tai yra: „Kaukolės vieta“), davė jam gerti vyno, sumaišyto su tulžimi, bet Jėzus tik paragavo ir negėrė. Prikalę prie kryžiaus, pasidalijo jo drabužius, mesdami bur- tą. Taip išsipildė pranašo žodžiai: „Jie pasidalijo mano drabužius, dėl mano apdaro metė bur- tą.“ Ten pat susėdę sergėjo jį. Viršum jo galvos jie prisegė užrašytą jo kaltinimą: „Šitas yra Jėzus, žydų karalius.“



Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris et unus a sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua et dicentes: **S.** Vah, qui destruis templum Dei et in triduo illud reedificas: salva te ipsum. Si Filius Dei es, descende de cruce. **C.** Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus, dicebant: **S.** Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei: confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Filius Dei sum. **C.** Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, imprecabantur ei. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, dicens: + Eli, Eli, lamma sabachtani? **C.** Hoc est: + Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? **C.** Quidam autem illic stantes et audientes dicebant: **S.** Eliam vocat iste. **C.** Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: **S.** Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum. **C.** Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. (*Čia visi klaupiasi ir trumpam nutyla. Pakyla ir tęsia.*) Et ecce,

